






00741  
1729, 19  
2.  
**FACVLTATIS JVRIDICÆ  
DECANVS,  
JO. PHILIPPVS  
Streit, JCtvs,**

EMINENTISSIMI AC SERENISSIMI PRINCIPIS  
ELECTORIS MOGVNTINI CONSILIA-  
RIVS REGIMINIS,

*L. B. S.*

---

ERFORDIAE,  
Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.



QUITATI QUAM MAXIME CONVENIT, NE  
ALTER EX CONTRACTU NOBISCUM INITO, VEL  
MINIMUM DAMNUM INCURRAT, SED  
OMNE ID IN EFFECTU EI PRASTERUR, QUOD  
MEDIANTE CONVENTIONE PROMISSUM  
FOIT, VEL SI NIL CONVENERIT, QUOD EX  
CONTRACTUS NATURA DEBETUR. QUOD  
FIERI SOLET PER EVICTIONIS PRASTATIO-  
NEM, QUAM REPARATUR DAMNUM, QUOD  
POSSESSOR REI ABLARE EX ILLA ABLATIONE PASSUS EST, UT NIEMPE  
POSSESSOR INDEMNIS MANEAT. Zef. ad ff. de evict. n. 3. Exinde  
SEQUITUR, QUOD EVICTIONIS PRASTATIO AD ILLOS SOLUM CONTRA-  
CTUS PERTINEAT, QUI ONEROSI COMMUNICITER DICUNTUR, SIVE IN  
QUIBUS AB UTRIQUE CONTRAHENTIUM AQUALES PRASTATIONES  
EXIGUNTUR. HUC SPECTAC EMPTIO VENDITIO, SIVE RES VENDITA  
TOTA, SIVE EJUS PARS EVICTA FUERIT. L. 1. ff. de evict. VEN-  
DITOR ITAQUE TENETUR DE EVICTIONE, & EJUS HERES, FIDEJUSSOR &  
OMNIS VENDORI SIMILIS, ADEO UT ETIAM LOCUM HABEAT IN DA-  
TIONE IN SOLUTUM. L. 4. cod. eod. QUA EST LOCO VENDITIONIS.  
IN  
PERMUTATIONE POTERAT VIDERI NON HABERE LOCUM, EX EO  
QUOD PERMUTATIO REI ALIENAE NON TENEAT L. 1. de rer. permut.  
RE-

Responsum tamen, evictis pradiis permutatis, concedi actionem ad interesse, cui sunt evicta. L. 92. Cod. cod. idem in divisione hereditatis. L. 66. §. ult. ff. cod. Si res alia pro ea; quæ in item deducta, data sit. L. 33. cod. de Transact. De venditione hereditatis non videtur dubitandum, eum enim non teneri quoad res singulares evictas rescriptum est in L. r. cod. de Evi. cum hereditas vendita sit talis qualis est. Quò facit, quod emptor teneatur persequi singulas hereditatis res suis sumptibus, suo periculo: ut multò minus, si qua res evincatur, contra venditorem illi sit actio, quem extra periculum ponit, quod hereditas, quam vendidit, sit hereditas. L. cum hereditatem 7. § 8. de heredit. vend. nisi aliud actum sit. dif. L. 1. aut de substantia ejus affirmaverit vendor, debet enim præstare id, quod affirmavit esse, cum ideo pluris vendiderit. L. nisi 15. d. L. ea que 41. de act. empt. Porrò evictio locum habet in transactione L. 33. cod. de transact. Quotiescumque enim ex transactione aliquid datur, dans ad evictionem tenetur. Sed si quis transfigendo non dederit, sed rem penes reum pacis causa reliquerit, non dedit rem, neque Dominium transtulit, consequenter de evictione non tenetur. Brunnem. ad dif. L. 33. n. 3. item si bona fide emptor domum locavit eaque evincatur, conductori quasi evictionis nomine actione ex conducto tenuerit locator, ut frui præster, nisi aquæ commodam habitationem offerat l. 9. ff. locat. insuper in divisione rei communis singularis evictio locum habet, si nimirum mutuo inter se heredes divisorum, quo casu mutua oritur evictionis præstatio. Wiesenber. ad tit. cod. famil. eras. Secus si ab ipso testatore speciatim hereditas divisa sit L. 77. §. 8. de legat. 2. Porrò tenentur ad præstandam evictionem omnes illi, à quibus res aliqua titulo oneroso in alios translata est. Inde profuit, quod in istis negotiis, ubi non sunt reciproca præstatio, & quæ uno verbo *luerativa* appellantur, author ad evictionem præstandam neutiquam obligetur, quamvis res in alterum translata huic iterum ab alio statim evincatur. Neque enim hoc casu excipiens damnum propriè sic di-

(2)

ctum



Aum patitur, sed lucrum ei solum quodammodo decedit; ast verò illius conditio, qui lucrum capiat, non aqñe favorabilis est, quam ejus qui de domino vitando cerrat. Stryk, in usumoden. Pand de evict. § 4. Hinc non teneri donatorem de re donata evicta, Resposum in L. Arislo. §. fin. de donation. quia evictio fit ratione pretij quod abest, non abest autem donatario, cum donatio sit liberalitas. Praterea si propter rem evictam donatam pretium posset repetiri a donatore, is suæ donationis pœnam pateretur. L. adres donatas 62. de Ædibit. Edict. cuius in donando non alius fuit animus, quam ut res donata eo modo & jure penes alium foret, quo ipse habebat. Si tamen sciens quis rem alienam donaverit ignorantia, datur deceptio actio de dolo, ratione sumptuum, quos in rem fecit. in L. 2. Cod. de evict. dicitur, nudam promissionem non sufficere, ut donatur de evictione teneatur, sed stipulatione opns esse, hac enim interposita facit actionem salvam esse. Idem juſ ponendum in legato, nam legans non nisi jus, quod circa rem habet, legasse videtur. L. si Domus 71. §. fin. de legat. i. nisi res in genere fuerit legata, & ea quæ præflita; evicta: tunc enim ex testamento est actio contra heredem, qui rem alienam tradendo, non satisfecit voluntati defuncti. L. heres serum 5. ff. de evict. quia quando legatur res in specie, si est propria testatoris, non potest evinci, cum pleno jure efficiatur legatarii, & in eum sit translatum Dominium. Quando verò legatur in genere, & res soluta fuerit evicta, merito indistinctè tenetur heres de evictione; quia non est auctus testator se referre magis ad rem solutam, quam ad alienam. Unde debet dari talis, quæ efficiatur pleno jure legatarii, & ab eo non evincatur. DD. in L. si à substituto §. i. de legat. i. Illud interim jure hodierno certum est, quod postquam ex nudo pacto efficax profluat obligatio, donator etiam propter rem donatam evictam cum effectu conveniri possit, si evictionem pacto simplici in se receperit, unde stipulatione, quæ in L. 2. cod. de Evict. requirebatur, moribus nostris opus non est. Stryk. d. tit. de evict. §. 5. Quæ

Quæ denique de hac materia notatu digna, prolixius deducet publicè ex cathedra, occasione L. 24. cod. de Evict.  
quam pro lectione cursoria elegit,

NOBILIS ET CLARISSMVS

D O M I N V S

JOACHIMVS CHRISTIANVS  
RVDINGERVS,

*Regiminis, Consistorii nec non Praefecture Weisenfelsenſis  
Quersurtenſis Advocatus,*

Qui Facultati Juridicæ exhibuit curriculum vitæ suæ, sequentis tenoris: Primum vitales auræ haui Leucopetræ anno recuperata per hospitorem nostrum salutis millesimo septingentesimo sexto, die duodecimo Martii parentes quos veneror, & quidem patrem meum, non vulgariter à me deligendum Dn. GEORGIVM CHRISTIANVM RVDINGERVM, serenissimis principibus ac ducibus Leucopetrensi & Isnacensi, a consiliis commissionum, nec non Regiminis Consistorii, & praefecture leucopetrensis Advocatum Ord. per 27. fere annos, præprinmis in praxi felicissimum, Matrem autem amplissimis, muliebris, decoratam ornatamque virtutibus, & circa res œconomicas, educationemque filiorum suorum indefessam, SALOME, natam ex celeberrima stirpe LEISTENIANA, quos parentes meos Deus T. O. M. per longa temporum intervalla, salvos incolumes sospitesque conservet, diu noctuque rogo atque obtestor, Avus paternæ lineæ autem fuit, Vir consularissimus, GEORGICIVS CHRISTIANVS RVDINGERVS, praefectura leucopetrensi præpositus, JCTus celeberrimus, qui matrimonio junctus erat, SOPHIE MAGDALENÆ natæ ex stirpe MEVSELIANA, aviaque meæ paternæ, adhuc in vivis existentis, insigniter a me dilecta, Interlineæ materna ascendentes, nomine plurimum reverendum, nec non doctissi-

doctissimum Dn. JOACHIMVM E I S T E N I V M , illustris ad  
salam Augustei Rectorem meritissimum , nec non P. P. di-  
gnisimum , Virum in genio florentissimum , nec non erudi-  
tionis , præprimis in Theologia , Astronomia , & quod maxi-  
mum in elegantiori Stilo , uti ex suis programmatibus , ora-  
tionibusque satis constat splendore corruscantem , cujus  
avi mei cineres devota colo mente , & SALOME SCHIM-  
PFERIANAM , omnibus quæ mulieres decent , virtutibus ,  
quid? quod masculos , dedecoratam aviam meam pater-  
nam enixe dilectam , cum non tantummodo , quoad vixit ,  
in rebus domesticis , educationeque liberorum , improbos  
adhibuerit labores , sed & ita studiis excellentioribus dedi-  
ta fuerit , ut justo meritoque inter ornamanta sexus fui  
referri possit , cum non solum in elegantiori conscribendo  
stilo , sed & in Theologia , & præprimis in astrologia , tan-  
tos fecerit , profectus , adeo ut per multos annos , calenda-  
ria sub nomine **Friedrich Lindenberg** / allusione de nomi-  
ne ejus desumpta , proprio marte elaboraverit , & omni ju-  
re , nisi primum , nec tamen infimum , inter feminas insig-  
ni , eruditione splendentes locum tenere possit , quod  
etiam factum , cum auctor aliquis in suo Volumine , quod  
der **Geschichts-Spiegel** inscribitur illam aviam meam ,  
in numerum seminarum eruditarum posuerit , Tunc pri-  
ma parentum meorum , omni filiali cultu prosequendo-  
rum , cura erat , ut per lavacrum sacrum , in foedus istud  
divinum recipereret , deinceps maturescente ingenio , me fi-  
dei purioris , & latinarum lingua Magistrorum plurimum reve-  
rendi Dn. MAG. KRAVSII pro tempore Superint. &  
confiliarii ecclesiastici , revendi Dn. MESSERSCHMIDII scho-  
la leucopetrensis Rectoris demandarunt , sub quorum in-  
stitutione auxiliante Deo . O. M. tales in studiis feci pro-  
gressus , ut intenera adhuc ætate binis vicibus latinis , &  
denique a schola discedens græcis litteris , in isto anno ætatis  
meæ valedictoriam orationem habuerim , tunc in nume-  
rum Gymnastarum Weisenfelsium receptus , nonsolum  
publicis sed & privatis inter fui lectionibus , & præprimis  
summe

somme reverendum Dominum REINECIVM Consilia-  
rum illustrisque Augustei Rectorem meritissimum, ut lin-  
guam excolem grācam, habraicam autem ediscerem,  
Dn. LEONEM Serenissimo Principi leucopetrensi, a consi-  
liis ecclesiasticis, & concionibus aulicis, ut me penitus in  
stylo elegantiori erudiat & Dn. BÜTTNERVM quondam  
P. P. longe meritissimum, nunc autem Superintendentem  
Querfunthensem, nec non Consiliarium ecclesiasticum,  
proponendis in Philosophia & Oratoria fundamentis adii,  
quibus omnibus pro toto in me collatis meritis maximas  
quas possum persolvo grates, meque illis semper obstrictum  
devinctumque offero praebeo, que Triennio nunc in hoc  
ce Augusteo per acto, ad academiam lipiensem, sedem do-  
ctrinarum elegantiorum, seminariumque tot praestantium  
virorum profectus, in philosophicis experientissimum Dn.  
D. RUDIGERVM auscultani, in juridicis vero Viros con-  
sultissimos, Dn. MENKENIVM, RECHENBERGIVM, DIN-  
KLERVM BAVERVM KÄSTNERVM, Viros fama atque  
eruditione claros, eorumque collegia frequentavi, quorum  
industria meaque diligentia, eo perveni, ut dissertationem  
juridicam, de modis dissolvendi contractū locationis,  
conductionis rerum proprio mare conscripsérím, & 24.  
Octobr. anno 1726. sub praefidio Dn. D. DINKLERI, pu-  
blice ad defendendam illam materiam, cathedram dispu-  
tatoriam ascenderim, ibique triennio consummato, acade-  
mia ego valedicens, domumque reversus, sub manaductio-  
ne, instructioneque, Dn. parentis mei practici felicissimi,  
animum meum ad praxin forensem per aliquod tempus,  
adplicavi atque perlustravi, donec ipse ego, a serenissimo  
Principe nostro Domino meo clementissimo, in num-  
erum advocatorum receptus sim, ubi praesens dego, meque  
caussarum patronum, & advocationum, tam in hīsc, quam  
aliis judiciis gero. Viam quam mihi ulterius Deus O. M.  
monstrabit, devotissima mente incedam. His igitur Fa-  
culty exhibitis ad consuetum Examen Doctorandorum  
admitti decenter petiū, rogitans, ut praestitiis praestandis,  
sum-

summis honoribus ut utroque jure condecoraretur, petito huic tam laudabili, haud abnuere potuit Facultas, sed textus tam juris canonici, quam civilis explicando ipsi transmisit, quos docte atque solidè explanavit, atque in ipso examine ad Quæstiones præpositas prompte respondendo, talem se præstitit, ut gradu Doctorali unanimi consensu dignus judicatus sit, proinde lectionem cursoriam ad dict. L. 24. cod. de Eviction. eaque finita Disputationem Inauguralem de AVO PATERNO AD ALIMENTA NEPOTI ILLEGITIMO PRÆSTANDA OBSTRUCTO, horis consuetis habebit. Ad quos actus solennes, Magnificus Dominus Rector, nec non Domini Proceres & Cives Academicci decenter invitantur. Publ. sub Sigillo Facult. Jurid. 8. Octobr. M DCC XXIX.



L.S.

(x228 2285)


V①<sub>18</sub>

ULB Halle  
007 436 564

3







FACVLTATIS JVRIDICÆ  
DECANVS,  
D. PHILIPPVS  
Streit, JCtvs,  
VENTISSIMI AC SERENISSIMI PRINCIPIS  
ELECTORIS MOGVNTINI CONSILIA-  
RIVS REGIMINIS,

L. B. S.

---

ERFORDIÆ,  
Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.